

**ESERCIZIO 1 ► DALLA ORATIO RECTA ALLA ORATIO OBLIQUA**

Traduci le seguenti frasi, quindi trasforma l'*oratio recta* in *oratio obliqua* e traduci la nuova frase.

1. *Cicero Attico scripsit : «Exspecta adventum meum: cras Romam redibo».*  
 Trad. ....  
 Trasn. ....  
 Trad. ....
2. *Ait vilicus domini villae statum deploranti: «Non est vitium negligentiae meae; ego omnia facio, sed villa vetus est!».*  
 Trad. ....  
 Trasn. ....  
 Trad. ....
3. *Cives ex advenis quaesiverunt: «Qui estis? Unde venitis? Cur huc venistis?»*  
 Trad. ....  
 Trasn. ....  
 Trad. ....
4. *Orator paucis (verbis) sententiam absolvit: «Pax ita componenda est ut libertatem tueamur».*  
 Trad. ....  
 Trasn. ....  
 Trad. ....

**ESERCIZIO 2 ► DALLA ORATIO OBLIQUA ALLA ORATIO RECTA**

Traduci le seguenti frasi, quindi trasforma l'*oratio obliqua* in *oratio recta* e traduci la nuova frase.

1. *Senatus Caesari sic respondit: in Galliam rediret, Arimino excederet, exercitus dimitteret.*  
 Trad. ....  
 Trasn. ....  
 Trad. ....
2. *Lentuli orationem Caesaris interpellat: se ex provincia sua egressum esse, ut se a contumeliis inimicorum defenderet.*  
 Trad. ....  
 Trasn. ....  
 Trad. ....
3. *Rex ad consulem epistulam misit : si ille ad colloquium veniret, se de pacis condicionibus cum eo acturum esse.*  
 Trad. ....  
 Trasn. ....  
 Trad. ....
4. *Decius milites pavore captos vehementer verbis increpuit: quo fugerent? Quam spem in fuga haberent?*  
 Trad. ....  
 Trasn. ....  
 Trad. ....

**ESERCIZIO 3 ► ORATIO OBLIQUA**

Prestando attenzione all'uso dei modi e dei tempi, dei pronomi e degli avverbi, traduci le seguenti frasi espresse secondo le modalità della *oratio obliqua*.

- 1 *Rex Bocchus nuntios ad Marium saepe miserat: (se) velle populi Romani amicitiam, ne quid a se hostile timeret.* (Sall.) 2 *Iugurtha, postquam oppidum Capsam aliosque locos munitos amiserat, ad Bocchum nuntios misit: quam primum in Numidiam copias adduceret: proelii faciundi (= faciendi) tempus adesse.* (Sall.) 3 *Caesar tribunis imperavit: si quid novi perspexissent, sibi significarent; se quam celerrime adventurum esse.* (Caes.) 4 *Caesar Gallorum animos verbis confirmavit: magnam se habere spem Ariovistum finem iniuriis facturum (esse).* (Caes.) 5 *Legati ad genua consulum provolvuntur: orant ne se in*

*rebus tam trepidis desērant; quo enim se repulsos<sup>1</sup> ab Romanis ituros (esse)? Nullos se socios, nihil usquam in terris aliud spei habēre. (Liv.)* <sup>6</sup> *Miltiādes hortatus est pontis custodes ne a fortuna datam occasionem liberandae Graeciae dimittērent: nam si cum iis copiis, quas secum transportavērat, interiisset Darēus, non solum Europam fore (= futuram esse) tutam, sed etiam eos, qui Asiam incolērent Graeci genere, liberos a Persarum futuros esse dominatione et periculo. (Nep.)* <sup>7</sup> *Decius inter milites pavore captos, equo vectus, vociferabatur: quo fugērent? Quamve spem in fuga habērent? Nonne praestare in acie fortiter pugnantes mori quam turpiter ab hoste caedi? (Liv.)* <sup>8</sup> *Divico ita cum Caesare egit: si pacem cum Helvetiis populus Romanus faceret, in eam partem ituros atque ibi futuros (esse) Helvetios, ubi Caesar constituisset atque esse voluisset. (Caes.)* <sup>9</sup> *Ad haec<sup>2</sup> Ariovistus respondit: ius esse belli ut, qui vicissent, iis quos vicissent, quem ad modum vellent, imperarent: item populum Romanum victis non ad alterius praescriptum, sed ad suum arbitrium imperare consuesse (= consuevisse). (Caes.)* <sup>10</sup> *Darēus, amicis convocatis, exposuit: se haud dubitare quin Alexander celeberrimas urbes agrosque omnium rerum abundantes petiturus esset; praedam opimam paratamque illum et milites eius spectare. (Curt.)*

1. Il participio esprime in forma implicita la protasi del periodo ipotetico «se fossero stati respinti...». 2. Cioè le proposte di Cesare.

## Versioni

### VERSIONE 1 Ciò che veramente serve a difenderci dalle avversità della vita

I veri beni, insegna il filosofo Aristippo e successivamente ribadisce Teofrasto, non sono quelli materiali, di cui l'uomo può essere privato da un mutamento della sorte, ma quelli spirituali, che possono scampare anche a un naufragio.

Costrutti  
notevoli:

■ oratio obliqua

*Aristippus, philosophus Socraticus, naufragio cum eiectus ad Rhodiensium litus esset atque animadvertisset geometrica schemata descripta, exclamavisse ad comites dicitur: «Bene speremus! Hominum enim vestigia video». Statimque in oppidum Rhodum contendit et ad gymnasium devēnit ibique de philosophia dispūans muneribus est donatus<sup>1</sup>, ut non tantum se ornaret sed etiam eis, qui unā fuerunt, et vestitum et cetera quae opus essent ad victum praestaret. Cum autem eius comites in patriam reverti voluissent interrogarentque eum quidnam vellet domum renuntiari, tunc ita mandavit dicere: eiusmodi possessiones et viatica liberis oportere parari, quae<sup>2</sup> etiam e naufragio unā (avv.) possent enatare: namque ea vera presidia sunt vitae, quibus neque fortunae tempestas iniqua neque publicarum rerum mutatio neque belli vastatio potest nocere. Non minus eam sententiam augendo, Theophrastus hortando potius esse doctos quam pecuniae confidentes, ita ponit (= «afferma»): doctum in omni civitate esse civem difficilesque fortunae sine timore posse despiciere casus, at qui non doctrinarum sed felicitatis<sup>3</sup> praesidiis putaret esse vallatum non stabili sed infirma conflictari via.*

(Vitruvio)

1. Attenzione al costrutto di dono. 2. Il pronome relativo neutro plurale quae è riferito non solo a viatica ma anche a possessiones e introduce una relativa con valore consecutivo: «beni e provviste di genere tale (eiusmodi) che...». 3. Felicitas non corrisponde all'italiano «felicità», ma a «fortuna».

### VERSIONE 2 Cesare chiede ai suoi soldati obbedienza e disciplina

Dopo la vittoria di Avarico Cesare loda i suoi soldati per il valore dimostrato in battaglia, ma li rimprovera anche con fermezza perché, spinti dal desiderio di gloria, hanno agito di loro iniziativa senza obbedire agli ordini, mettendo così a rischio la vittoria.

Costrutti  
notevoli:

■ oratio obliqua

*Postero die, contione advocata, temeritatem cupiditatemque militum (Caesar) reprehendit, quod sibi ipsi<sup>1</sup> iudicavissent quo procedendum aut quid agendum videretur neque, signo recipiendi dato, constitissent neque a tribunis militum legatisque retineri potuissent. Exposuit quid iniquitas loci posset, quid ipse ad Avaricum sensisset, cum sine duce et sine equitatu,*



*deprehensis hostibus, exploratam victoriam<sup>2</sup> dimisisset, ne parvum modo<sup>3</sup> detrimentum in contentione propter iniquitatem loci accidēret. Quantop̄ere eorum animi magnitudinem admiraretur, quos<sup>4</sup> non castrorum munitiones, non altitudo montis, non murus oppidi tardare potuisset<sup>5</sup>, tantop̄ere licentiam adrogantiamque reprehendēre, quod plus se quam imperatorem de victoria atque exitu rerum sentire existimarent; nec minus se ab milite modestiam et continentiam quam virtutem atque animi magnitudinem desiderare. Hac habita contione, legiones ex castris eduxit aciemque idoneo loco constituit.*

(Cesare)

1. *Sibi ipsi*: lett. «essi stessi da sé» quindi meglio «di loro iniziativa». 2. *Explorata victoria*: «una vittoria ormai assicurata». 3. *Ne... modo*: «neppure». 4. *Eorum... quos*: «di coloro... che». 5. Il verbo è concordato al singolare con l'ultimo dei tre soggetti: in italiano si renderà al plurale.

### VERSIONE 3 Ambasceria di Metello al re Bocco

Il console Metello, comandante della guerra contro Giugurta, re di Numidia, invia degli ambasciatori a Bocco, re di Mauritania, per invitarlo a stringere rapporti di amicizia e di alleanza col popolo romano.

Costrutti  
notevoli:

■ oratio obliqua

*Metellus legatos ad Bocchum mittit postulatum ne sine causa hostis populo Romano fieret: (eum) habere tum magnam copiam<sup>1</sup> societatis amicitiaeque coniungendae<sup>2</sup>, quae potior bello esset<sup>3</sup>, et quamquam opibus suis confidēret, non debere incerta pro certis mutare; omne bellum sumi facile (esse), ceterum aegerrime (= aegerrime) desinere non in eiusdem potestate initium eius et finem esse; incipere (bellum) cuivis, etiam ignavo, licere<sup>4</sup>, deponi (licere) cum victores velint<sup>5</sup>; proinde sibi regnoque consulēret, neu florentes suas res cum Iugurthae perditis<sup>6</sup> misceret. Ad ea rex satis placide respondet: sese pacem cupere, sed Iugurthae fortunarum misereri.*

1. *Copiam*: «una occasione». 2. *Sott.* «col popolo romano». 3. *Quae potior... esset*: il relativo *quae*, nom. sing. femm. con cui concorda *potior*, risulta riferito solo a *amicitiae*, ma meglio si tradurrà al plurale «che sono preferibili...», comprendendo così anche *societatis*. 4. Il verbo *licet* è qui usato col significato di «è possibile». 5. *Deponi... velint*: «che venga conclusa (è possibile) quando lo vogliono i vincitori». 6. *Cum...perditis* (neutro): «con la disperata situazione».